



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quòd mortuos homines adoramus. Titul. 299

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

656 SVMMA DOCTR. CHRIST.  
 duntur calceamenta, falsum est. Nam est hinc fraternitas  
 & amicabile commutatio, quam Paulus Galat. 6. 1.  
 Corinth. 9. Si vobis spiritualia seminamus, vel oran-  
 do pro vobis, aut prædicando & docendo, &cæt. Ma-  
 gnum videtur vobis, si carnalia vestra metamus? cu-  
 cullam mortuo dedisse remissionem peccatorum, ne-  
 mo vnquam docuit: fuit quibusdam cõcessa, qui cam-  
 petierunt in eum finem, vt cæteri viderent ex tali ve-  
 ste pœnitentiæ se verè doluisse de peccatis suis, sicut  
 etiam sepulcris imponitur crux de absinthio, &c. Mo-  
 nachos falsa doctrina mundum corrupisse, hoc non  
 de antiquis monachis, Augustino, Hieronymo, Gre-  
 gorio, Hilario, nec de recentioribus doctis & sanctis  
 monachis, quorum scriptorum maximus est nume-  
 rus in Ecclesia, &c. est, sed de Pelagio, Lutero, Occo-  
 lampadio, Munstero, Spangenbergio, Guttelio, Bu-  
 cero, & alijs apostatis Monachis intelligendum est.  
 Summa, auaritia ad bona temporalia inculpat Mo-  
 nachos, & æstuant illorum possessiones, odium quo-  
 que in personas propter reclamationem & hæresim,  
 nam omnis apostata est persecutor sui ordinis. Sic de  
 Ioanne Baptista, licet esset sanctissimus inter natos  
 mulierum, Matt. 11. attamen Iudæi dicunt, dæmonium  
 habet, & de Christo, quia comedit & bibit cū pecca-  
 toribus, dicunt eum potatorē vini, &c. Sic est mūdus  
 immūds, sed inquit Christus, cui assimilabimus, &c.

*QVOD MORTVOS HO-  
 mines adoramus.*

TITVLVS CCXCIX.

Cau. 10.

**D**E Cima causa recessus sectariorum est,  
 quia inquit: Nos adoramus sanctos,  
 qui mortui sunt, & nesciunt nostras pre-  
 ces, attamen illos inuocamus: deinde  
 mediatores illos facimus & auxiliato-  
 res, qui nobis auxiliātur in tribulatione & nostra ne-  
 cessitate, tribuentes huic sanctitatem, alteri fortunā.  
 Postremo,

Postremò, celebramus illis Missas, & specialibus orationibus ornamus aut inuocamus. At cùm hæc omnia sint contra Deum, qui dicit Psalm. 49. Inuoca me in die tribulationis; contra Christum, qui est solus mediator, 1. Timot. 2. & soli Christo Missas debemus celebrare ad memoriam passionis suæ, Luc. 22. atque illum dirigere orationes nostras &c. Ideo similes sumus Gentibus, qui olim & suis idolis hoc fecerunt. Hæc media, quæ sunt circa Christum, quasi solus nõ sufficiat, idololatria sunt &c.

Respondeo: Primò, Ecclesia catholica nescit mortuos homines secundum spiritum & animam. Nam dicit Christus: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam aut nõ possunt occidere, Mat. 10. Secundum corpus tamen dicuntur dormire, vt dicitur Ioan. 11. Amicus noster Lazarus dormit, &c. Igitur sancti non sunt mortui secundum animam, sed apud Deum viuunt, Sapie. 5. Iusti autem in perpetuum viuunt. Ideo sancti non sunt mortui homines.

Secundò, differunt adorare & honorare: adoramus solum Deum, qui nos creauit, & quoniam Christus Deus est cum spiritu sancto, & præter hoc redemptor, ideo solum Deum adoramus, & nullam creaturam vel hominem, Mat. 4. Dominum Deum tuum adorabis, & quoniam nullus sanctus me creauit, aut suo sanguine redemit, ideo nullum adoro, sed honoro alias res, honoro parentes iuxta præceptum Dei, Exo. 20. sed non adoro: Sic sanctos honoramus, non adoramus: inuocamus illos, sicut homo hominem inuocat, eum rogando, vt pro se oret, auxilietur, &c. non sicut Deum, quem inuocamus vt datorem: sancti nõ dant, sed nobiscum Christum orant, vt ipse donet nobis petitionem. & sic habemus eos tanquam mediatores intercessionis, non redemptionis, vt est solus Christus suo sanguine precioso.

Tertiò, quis dicit angelis in cælo conuersionem

TTt 3 pecca.

peccatoris, vnde gaudent Luc. 15? Quis reuelauit Danieli cogitationes Regis, Danielis 2? & Prophetæ Esaiæ 53. futuram Christi mortem? Quis dicit Moysi incredulitatem Iudæorum hodiè, vnde eos accuset, Ioan. 5. sic beatorum animæ intuentes speculum, id est, faciem Dei, Mat. 18. sciunt omnia, videntes illū in quo sunt omnia. Ideo ex reuelatione diuina Sancti sciunt nostras petitiones, quas facimus ad eos.

Quartò, quòd sancti orant pro nobis, Ecclesia ex hoc habet probatum. Ierem. 15. scribitur: Si steterint Moyses & c. & 2. Macha. 15. Iudas in somno vidit orantem pro populo Hieremiam Prophetam, & Zach. 1. Angelus orat pro ciuitate Hierusalem, & diues epulo damnatus orat pro fratribus, Luc. 16. multò plūs sancti orant pro fidelibus. At inquires: Sectæ non accipiunt hanc scripturam. Respondeo, quid ergo? & Iudæi reiiciunt Christum, qui est illis scandalum, gentibus stultitia, nobis autem Dei virtus. Non sequitur hereticus non credit, ergo fides credentium est falsa. Absit, inquit Paulus Rom. 3.

Quintò, Augustin. lib. 22. de ciuitate Dei capit. 10. Nos, inquit, martyribus nostris nō templa, sicuti dijs ædificamus, nec erigimus altaria, aut sacrificamus illis sacrificia, aut sanguinem illorum offerimus, sed vni Deo sacrificamus templa & ædificamus, altaria soli Christo erigimus, in quo sanguinem & corpus suum patri offerimus, vt nostri misereatur, & participet faciat sacrificij crucis. Memoriam quidem habemus sanctorum, qui iam apud Deum sunt in cælis, & quòd fide & virtute sacrificij Christi vicerunt mundum, Hebr. 11. nec illos tamen oramus, aut illis ieiunamus, feriamur, accēdimus lumina, sed Deo, vt nos quoq; donet fide & illuminet Spiritu sancto. Ad hoc etiam, vt nobiscum comprecantur, postulamus eorum suffragia, quatenus propter Christum omnia donentur. Non tollimus à Christo suum honorem: ipse solus

solus dator est: sancti, intercessores &cæt. Iudæi derident Christianos, quia adorant Christum, tanquam mortuum. Gentes olim SS Martyrum corpora combusserunt, ne scilicet adorarentur à nobis Christianis, Euseb. lib. 8. Ecele. histor. cap. 6. &c.

QUOD PRO MORTUIS

ORAMUS.

TITVLVS CCC.



Apistæ excogitârunt ex auaritia vigi-  
lias & Missam pro animabus, anniuer-  
saria. tricesimam, & dicunt, quòd sunt  
satisfactiones pro peccatis eorum, &  
mereantur illis remissionem & vitam,  
quod maximè derogat honori Christi, qui solus satis-  
fecit & peccata nostra portauit, Esa. 53. 1. Ioan. 2. Ipse  
est propitiatio, &cæt Subindè cum sacramentum Eu-  
charistiæ solùm profit viuis, qui illo vtuntur, ipsi of-  
ferunt pro mortuis: & dicunt, hoc impetrare mortuis  
remissionem peccatorum & liberationem è Purga-  
torio. At cum scriptura præcipit, vt viuus oret pro vi-  
uo, nullibi autem dicit, vt oremus pro mortuo: nam  
non prodest oratio mortuo: ideo fugiendi sunt Papi-  
stæ cum tali blasphemia & idololatria.

Causa ix.

Ad hanc calumniam dicimus primò: causa quòd  
oramus, est primò scriptura 2. Machabæ. 12. vbi prin-  
ceps Iudas Machabæus dixit, Sancta (id est, non falsa)  
ac salubris (& non inanis) est cogitatio pro defunctis  
exorare, vt à peccatis (id est, pœnis peccatorum) sol-  
uantur. Exemplo orat Christus pro Lazaro mortuo,  
vt Deus pater eum resuscitet, Ioan. 11. sic imponit ma-  
num filie, Matth. nono rogatus, & non reijcit petiti-  
onem supplicantis tanquam vanam. Tertiò, quia  
corpus nostrum mysticum, quo semel coniuncti su-  
mus per fidem & charitatè hic in terris, & vniti capiti

TTt 4 Christo,